

FLOSCULI EX AMENISSIMO JURISPRUDEN-  
TIÆ VIRIDARIO DEPROMPTI.

FLOSC. I.

**V**I ipsa, fiunt statuliberi, cum creditoris fraudã-  
di causa manumituntur: nam dum incertũ est,  
an creditor iure suo vtatur, interim statuliberi sũt:  
quoniã fraus cũ effectu in lege Ælia sentia accipitur.

FLOSC. II.

**S**Æpè contingit, vt flumen ex alveo riparũ pau-  
latim discedens, alterius agrum occupet, &  
tunc pars alvei à flumine derelicta, eorum esse inci-  
pit, qui propè ripas prædia possident.

FLOSC. III.

**S**i flumen naturali, & consueto alveo derelicto,  
per aliam partem fluere cœperit, antiquus al-  
veus eorum efficitur, qui prope ripas prædia possi-  
dent. Novus verò fluminis causam sequitur, & pu-  
blici iuris esse incipit: sed si mox flumen ad antiquũ  
alveum remeaverit, palàm est, alveum à flumine  
occupatum publici iuris fieri; nam alveus velut post  
liminij iure inpristinam causam revertitur: è contra  
verò novus ille alveus, quem flumen occupaverat,  
ad privatos vsus redit.

FLOSC. IV.

**P**ropriè inũdatio nihil aliud est, quã fluminis ex-  
trã ripas evagatio: vt puta si flumẽ novo æstu cõ-  
suetos cãcellos egrediẽs, latiùs fimbrias dilataverit,  
& vicinos agros subita inundatione occupaverit.

Propugnator adderit D. BALTHASAR ANTONIUS GALLE-  
GO A PALACIOS, J. C. Operam navans, sub tutamine D. D.  
JOSEPH CANOBAS CABRERO, Locus Palestræ erit Orcellita-  
num Musæum Die 30. Novembris, Anno Dñi. 1734.

Hora 2. post merid.

R. 20944



Uid. opor. intra l. 43. §. leparu in. ff. d. leg. 1. et l. 52. d. condic. et demonst. s. de.  
cum pl. gotofa. d. l. et pl. l. 1. d. leg. 2. et vid. Vin. in select. lib 2. c. 62. p. totu.